



*Thesis I.*



Quamquam dentur qualitates  
occultæ, quas Cartesius cū asse-  
clis negat; manet tamen Phy-  
sica adhuc Scientia corporis  
naturalis, quatenus natura-  
le est. II.

Optimè dividi potest in partem generalem  
& specialem. III.

Quatuor sunt causæ corporis naturalis, Ef-  
ficiens, Materia, Forma & Finis.

IV.

Intellectus humanus non est norma con-  
troversiarum Physicarum; neque sacra Scri-  
ptura; verùm magnus Naturæ liber.

V.

Physicus allegans scripturam Sacram, non  
facit μεταβάσιν εις άλλο γένος.

VI.

Physica non profert contraria Theolo-  
gia.

VII.

Causa moralis non est vera causa Physica.

VIII.

Pater non est causa moralis; sed vera filii  
causa. Ma-